



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 79. Bajonna a Gallis capta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



Gasto præpediente ætatis vitio delibe- **Sæcul. XV.**  
 randi copiam non haberet, amplum ei a **A.C 1451.**  
 Rege datum est temporis spatium, quo  
 iudicii maturitatem affecutus, decerne-  
 ret, an Gallorum partibus adhærere vel-  
 let. Hæ conditiones die tertia decima  
 Junii, quæ erat dominica, utrinque con-  
 clusæ, ac proprio chirographo munitæ  
 fuerunt.

## §. LXXVIII.

*Rex Talleburgi.*

Cum Urbs Bajonna pactis per Burdega-  
 lenses initis accedere, ac comprehen-  
 di pertinacius reluctaretur. Rex Turo-  
 nia discedens, per Aquitanniam Talle-  
 burgum usque processit, ubi mediam ex-  
 ercitus partem a se dimisit, ut militiæ  
 laboribus fractas restauraret vires, alteram  
 vero ad hujus urbis obsidionem impen-  
 dit, Dunensis autem, & Fuxensis Co-  
 mites, quibus Bajonnam oppugnandi da-  
 tum est negotium, die sexta Augusti mi-  
 litem admoverunt, simulque valla, in qui-  
 bus locarentur tormenta, erigi jusserunt.

## §. LXXIX.

*Bajonna a Gallis capta.*

Mox obsessi infestis armis in Gallos e-  
 rumpunt, ac Bernardum de Bearnia  
 in crure vulnerant. Altera die Galli au-



Sæcul. XV. A.C. 1451. ctis animis aggressionem instaurant, pluribus in locis tormenta constituunt, ac primum quidem suburbium occupant, cum vero propius mœnibus imminerent, obsessi urbem vi tandem expugnatam iri pertimescentes, die vigesima Mensis Augusti feria sexta deditionem flagitant, re insolita tam repentinum consilium suggerente; quippe eodem die, orto vix sole, & coelo sereno ac nebulis vacuo, urbi in aere impendentem observabant candidi coloris crucem, omnium oculis dimidia horæ parte consplouam. Bajonnenses Phœnomenon in Religionem vertentes, hac cruce sibi annuntiari credebant, Dei voluntatem esse, ut signis Anglorum, quæ rubram Crucem præferebant, eversis, Gallorum vexilla cruce alba insignita desigerent, hoc igitur portento seu vero seu imaginario perterriti Bajonnenses Gallis manus dederunt, Joanne Bellmontio urbis Præfecto, omnique præfidiario milite jure belli in captivitatem abstracto. Urbs quoque in pertinaciæ, qua deditionem primo oblatam respuit, poenam ad quadraginta millium aureorum mulctam exsolvendam damnata est.

*Jo. Chart.  
& Matth.  
Concy Hist.  
Carol. VII.*

## §. LXXX.

*Angli propriae ruinae causa.*

Ita Rex Galliaë spatio duorum mensium necdum